Handschrift

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Vero attendendum ad eum non ir
ruendum, ne irreverens scrutator
maiestatis a gloria opprimatur. Nec
locis sane attendendum sed claritati
bus ipsisque non corporeis sed spiritua
libus tamquam a domino spiritu. A domino
plane et non a nobis querimus in no
stro. Erit itaque clarior ille progres
sor, esse autem clarissimum pervenis
se est. Porro iam parentibus non
aliud est videre sicuti est, et ali
qua dissimilitudine non confundi.
Sed tunc id ut dixi, interim vero
tanta hec formarum varietas atque
numerositas specierum in rebus con
ditis quid nisi quidam sunt radii
deitatis, monstrantes quidem
quia vere est a quo sunt, non tamen
quid sit prorsus diffinientes. Itaque
de ipso vides sed non ipsum. Tu autem
de eo quem non vides certa vi
des, scis indubitanter existere quem
oportet inquirere, ut inquirentem
non fraudet gratia, negligentem
non excuset ignorantia. Et hoc
videndi genus commune. In promp
tu enim est iuxta apostolum omnibus uten
ti ratione invisibilia dei per ea que
facta sunt intellecta conspicere.
Alius procul dubio ille modus
quo quondam patribus crebra illa
atque ambitiosa divine presentie fa
miliaritas dignanter indulta est,
quamquam nec ipsis sicuti est sed sicu
ti dignata est. Nec modo uno

omnibus sed sicut ait apostolus, Mul
tipharie multisque modis, cum
ipse in se sit unus ipso dicente
ad Israhel: Dominus deus tuus
deus unus est. Et hec demonstra
tio non quidem communis, sed tamen
foris facta est, nimirum exhibita
per ymagines extrinsecus appare
ntes seu voces sonantes. Sed est
divina inspectio eo differentior
ab his quo interior, cum per
seipsum dignatur invisere deus requi
rentem se, que tamen ad quae
rendum toto se desiderio et amo
re devovit. Et hoc signum huiusmodi
adventus eius sit ab eo qui ex
pertus est edocemur. Ignis ante
ipsum precedet et inflammabit in
circuitu inimicos eius. Oportet
namque ut sancti desiderii ardor
preveniat faciem eius, ad omnem
animam ad quam est ipse venturus,
qui omnem consumat rubiginem
vitiorum, et sic paret locum domino.
Et tunc scit anima quod iuxta est
dominus, cum se senserit illo igne
succensam, et dixerit cum propheta:
De excelso misit ignem in ossi
bus meis et erudivit me. Et
illud: Concaluit cor meum intra
me, et in meditatione mea exardescet ignis. Tali anime
suspiranti frequenter, ymmo
sine intermissione oranti et af
flictanti se pre desiderio, cum
interdum desideratus ille qui

et quia